



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum promulgationis testium synodalium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

meridiem peruentum esset, omniaq; in hac 3. & vlt. sess. peragenda, præ angustia temporis in præsentia absolui non possent, Reuerendi Promotores institerunt pro continuatione præsentis sessionis.

Illustriss. Metrop. sententiam Reueré diff. Patrum prius habendam celsit; ideo de suggestu eam vniuersè his verbis Cancellarius rogauit,

Reuerendiss. Patres, cum omnia quæ in hac sessione ritè promulganda sunt, præ temporis breuitate hodie mane absolui non possint; Placet ne nobis hanc ipsam sessionem continuari hodie post vespèras?

Et cùm omnes, [Placet] simpliciter respondissent, de mandato Illustriss. Metro. iterùm suggestum ascendens continuationem indixit.

Demum Reue. Promotores vt de omnibus & singulis in præsentis sessione peractis publicum conficeretur instrumentum, institerunt & rogarunt.

Et cum sessio minimè absoluta esset, sed hodie post vespèras foret continuanda, Illustriss. Metrop. non benedixit; sed assurgentes omnes, in eodem loco sessionali sacras vestes exuerunt, & prece breui ante sanctissimum Sacramentum perorata, in ædes Archiepiscopales redierunt.

Continuatio tertie & vltimæ sess.
Post vespèras.

Hodie post xvij. horam Illustriss. Metrop. ante continuationem sessionis officium vespèrarum de vigilia Solennitatis Ascensionis D.N. in Pontificalibus celebraturus, in ædibus Archiepiscopalibus in loco ad id constituto pluuiale & mitrâ pretiosam induit, & Reuerendiss. Episc. ac Reuer. Cap. consuetis vestibus induto, reliquosq; clero Metrop. comitante, accessit ad Metrop. ibi indutis prius sacris vestibus de more a Cap. vespèræ celebratæ sunt. Quibus absolutis Reuerendiss. D.D. Episc. omnes induant pluuiale & mitram simplicem, & in sessionem descendunt: & facta prius oratione mentali, Illustriss. Metrop. de libro statim oratione, [Adsumus Sæcte Spiritus] recitauit. Mox om-

Pars III.

nibus confidentibus, de mandato ipsius Illustriss. Domini decretum vnum quod de Vicario Episcopi, vt sacris ordinibus initiatus sit, appellatur, ascendens suggestum Cancellarius promulgauit, & sententiam Reuerendiss. Patrum super eodem decreto vniuersè rogauit, & gratè de more actæ sunt.

Postea Reuer. Promotores pro lectio- ne regularum Canonicarum ex veteri instituto in Concilio Prouinciali habenda institerunt.

Instantia de regulis Canonicis.

Illustriss. & Reuerendiss. Metrop. Illud institutum est, atque in huius Prouinciæ more positum, vt Reuer. Episcopis Regulæ Canonicæ in Synodo legatur: Ideo instamus humiliter, vt illæ de suggestu pronuncientur & legantur.

Tum Illustriss. Metrop. regulas canonicas legendas esse decreuit, ac certa loca ex quibus desumptæ fuerunt, Cancellario assignauit, qui ascendens suggestum omnia ordine infra legit & pronunciauit.

Decretum de legen. reg. Canonicis.

Cum ex sacrosancta canonum auctoritate iam pridem statutum sit, canonicas regulas œcumenicis concilijs traditas in Synodis prouincialibus legi debere, eas autem omnes recitari nõ patiatur angustia temporis: idcirco expedire visum est, nonnulla sacri Concilij Tridentini decreta ad Episcopos pertinètia deligere, quibus adiungendas censuimus superiores cõstitutiones eas, quæ quasi regulæ quædam canonicæ, Episcopalis vitæ rationem, officia, & partes maxime attingunt. Hęc omnia publicè legi volumus, vt illa etiam atq; etiam repetita, eoq; diligentius animis & mentibus impressa, quò maximo studio fieri potest, inuiolatè obseruentur.

De Concilijs Prouincialibus, & Diocesanis.

EX Concilio Tridentino sess. 24. c. 2. Ex Prouinciali 4. ti. de Synodo Diocesana.

L 3 De

De residentia & officijs Episcopalis.

EX Concilio Tridentino sess. vj. c. 1.
 Ex eodem sess. 23. c. 1.
 Ex eodem sess. 22. c. 1.
 Ex Prouinciali primo de residentia
 vsque ad cap. In reliquis.

Ex iure Canonico.

C. Grauis. de præben. & dignetur,
 & est Innocentij III. in Concilio
 generali.

De Visitatione.

EX Concilio Trid. sess. 24. reform. c. 3.
 Ex Concilio Prouinciali 4. tit. de
 visit. cap. Ne deinceps plures vsque ibi,
 notarius autem.

De prædicatione verbi Dei.

EX Concilio Triden. sess. 5. c. 2. vsque
 ibi Regulares verò.
 Ex eodem sess. 24. c. 4. totum.

De moribus Episcopi.

EX Concilio Trid. sess. 25. c. 17.
 Ex eodem sess. 25. c. 1.
 Ex Concilio Prouinciali primo titu.
 de vita & honestate Episc. vsque ad tit.
 de horis Canonicis.
 Ex Concilio Prouinciali 4. titu. de
 Episcopis.

De administratione bonorum Eccle-
 siasticorum.

EX Concilio Prouinc. 1. tit. quæ ad
 bonorum ecclesiasticorum admini-
 strationem, cap. sacræ Triden. Synodi
 & cap. & sacrorum, vsque in finem.
 Ex Concilio Prouinciali 5. tit. de Epi-
 scopo episcopali iurisd. & foro, cap.
 sacrosanct. vsq; ad cap. ne prælatus.

Ex libro Pontificali.

Formula promissorum.

Lectis omnibus capitibus regularum

canonicarum, Retter. Promotores pro-
 delectu Testium Synodali in ciuita-
 te Diocesi & Prouincia Mediolanensi
 habendo per Illustriss. Metropolitanum,
 quoad altera Synodus Prouincialis ce-
 lebrabitur, institerunt.

Illustriss. Metro. Testes Synodales
 quos huius rei gratia iam delegerat, in
 schedulam relatos de suggestu enuncia-
 ri & promulgari iussit, hac præfatione
 præmissa.

Decretum promulgationis Testium
 Synodali.

Vetus est consuetudo, S. Ro. Pont. Eu-
 thichiani constitutione, & sacro-
 sanctis canonum decretis introducta, vt
 in vnaquaque Prouincia Diocesi, duo
 pluresve spectati & probati viri singu-
 lis Prouincialibus Synodis deligantur,
 qui animaduertant diligenter, an ali-
 quid in Diocesi sit, quod emendatio-
 nem desideret; idque cognitum, proximo
 quoque Prouinciali Concilio ad
 Metropol. & comprovinciales Episco-
 pos referant, quò diligentius possit mo-
 rum erroribus aliqua ratione in ipsa Sy-
 nodo consuli & prouideri: Quare nos
 antiquum illud probatumque Institu-
 tum secuti, deligimus, & huic munere
 proponimus hos quorum sequuntur
 nomina.

Vocatis & nominatis testibus Syno-
 dalibus omnibus & singulis de mandato
 Illustriss. Metropolitanus fuerit iussi iur-
 andum præstare ad præscriptum Co-
 cil. prouinc. iij. his verbis.

Testes Synodales qui modò nomina-
 ti sunt, si qui ad sunt, ordine ad Illustriss.
 Metropolitanum accedant, iuraturi se
 sincere expleturos muneri sui partes.
 Et qui aderant, accesserunt: qui iurand-
 um præstiterunt iuxta formulam præ-
 dictam, quam literis grandiusculis exa-
 ratam Illustriss. Metropolitanus suis ma-
 nibus tenebat.

Et cum testes Synodales deputati fe-
 rè omnes abessent, Illustrissimus Metro-
 politanus facultatem recipiendi iurand-
 um a testibus Synodalibus Reuerend-
 Episcopis impartitus est.